



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Marianvs & Iacobvs MM. 30. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

April.

30. Aprilis. VITA SANCTORVM. 215

SS. MARIANVS & IACOBVS MM.

30. Aprilis.

Anus ducēntesimus sexagesimus secundus par nobile Martyrum habuit: **MARIANVS** alter, alter **IACOBVS** fuit. Et illum quidem pollice suspensum pondera talis annexa tentissimis nervis ad ima retrahebant; sed ad carceres reducti, animus in cælum abiit, æterni convivij promulgide recreandus, quam in pulcherrimum inducto triclinium, S. Cyprianus propinayit, haud gravatè pro unâ illius guttula om̄nem sanguinem daturo. **IACOBVM** interea proprio Martyrum baltheo Angelus cinxit. Ita hic robur suum induit, alter bibit. Nec multò pōst novus cælo nuntius mittitur de venustioribus ephebis, qui seruo vice torquis iudutus, & palmam ventilans (nam & ipse nuper unā cum matre & gemello trucidatus fuerat) **MARIANVM** & **IACOBVM** ad martyrum condicere convivium jubet. Nec illi tam lautas epulas aspernari, aut morari diutiū ausi, posterā die dederunt symbolum ambo capite plexi. Nihilominus equites toto duffusi cælo malum minari carnificibus visi, qui tam candida innocētiæ lilia demessuissent.

Ex Surio.

Dies noster ultimus, certissimum est, nobis quod veniat; incertissimum est, quando, vel ubi, vel unde nobis adveniat: nisi quod senibus est in januis, quæ juvenibus est in insidijs. Guerr. ser. 3. de Advent.

B. FRANCISCVS SENENSIS. 30. Aprilis.

Etiam **FRANCISCVM** viderunt Senæ libertatem mundi repudiare, & servis **VIRCINIS** accedere. Quamquam non tunc primum transiit in ser-